

Albrecht Joachim Krakevitz von

**Programma Qvo Rector Univ. Rostoch. Albertus Joachimus von Krakevitz ...  
Exeqvias Viro ... Domino Henrico Geißmar/ Civi Primario atqve judicii Rostoch.  
per viginti annos Secretario Meritissimo, Vidua Moestissima paratas cupit,  
publice indicit & ad easdem Omnium Ordinum Cives Academicos qvam  
humanissime invitat**

Rostochii: Wepling, [1715]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn755489160>


Druck Freier  Zugang



Krakevitz, A. J. v.,  
in H. Geissmar.

Rostock. 1715.

49







# PROGRAMMA

QVO

RECTOR Univ. Rostoch.

ALBERTUS JOACHIMUS

von Krakeviß /

S.S.Th. Doct. ejusdemque Prof. Publ.

Serenissimi Ducis Meckl. Regnantis Consil. Ecclesiasticus  
& per Distr. Mecklenb. Superintendens.

EXEQVIAS

VIRO *Nobilissimo, Doctissimo ac An-*  
*plissimo, DOMINO*

**HENRICO Beißmar /**

Civi Primario atqve judicii Rostoch.

per viginti annos Secretario Meritissimo,


Vidua Mœstissima

paratas cupit,

publice indicit & ad easdem

*Ordinum Cives Academicos*

*quam humanissime invitat.*



ROSTOCHII,

Typis JOH. WEPPLINGII, SERENISS. PRINC.

& ACAD. Typogr.



## Ontra mortis acer-

bitatem varii varia haecenus  
quæ fuerunt remedia. *Epicuri*, præpri-  
mis *Lucretii* discipuli in illa fuisse perhi-  
bentur sententia: Mortem ideo non ef-  
se pertimescendam, quia post illam ho-  
mo nil quicquam sentit; Perinde, ac si  
homo carnalis, qui post vitæ hujus de-  
cursum nil quicquam sibi promittere va-

let, non formidaret ipsam animæ ex corpore suo egressionem o-  
mnique terræ felicitatis perpetuam renunciationem? Ut tace-  
am conscientiæ dictamen, quod eundem subinde convincit, esse  
Numen justissimum, & animum sollicitum reddit: An vanus sit  
futuri iudicii metus? Antiqui *Germani*, *Galli* & *Sinenses*, juxta  
*Veterum Philosophorum* placita sinxerunt metempsychosin, ducti  
præcipue, quod existimaverint, tristes de morte cogitationes  
ista Doctrina abigi posse; incerti nihilominus ac dubii: An ex  
tali mutatione feliciores an infeliciores post mortem futuri essent?  
*Spinoza*, ab hac sententia non alienus, existimavit quidem, hæc  
sæto committenda esse; Verum quam inane & debile hoc sit so-  
lutionem, vel mediocri intellectu pollens facile judicabit. *Stoici*,  
Immutabilem naturæ ordinem secum pensitantes, fortiores omni-  
no videri voluerunt; Sed si hic naturæ ordo omni naturæ, quæ  
sui appetit conservationem, & è contra sui vel destructionem vel  
annihilationem averfatur, nimis videatur durus, incongruus &  
intolerabilis, nil quicquam remanet, quod eundem edulcare queat.  
Inter hæreticos, svavia quidem sed inania venditavit somnia, *Simon*  
*Magus*, qui temeraria jactantia immortalitatem sibi vindicavit;  
*Menander* autem, quem *Eusebius* alterum diabolice operationis in-  
strumentum vocat, etiam discipulis suis eandem promisit. Affe-  
ruit quippe, se à prima virtute ad salutem humani generis missum,  
eamque neminem consequi posse nisi in nomine suo baptizatos,  
quibus non modo victoriam adversus Angelos, à quibus mundum  
conditum esse, desirabat, verum etiam immunitatem à  
morte vanis persuasionibus spondebat. Prouti hoc *Justinus*, *Ire-  
neus* & alii testantur. *Jana Attaweyin*, Mulier Fanatica, procul  
Jubio à diabolo fascinata, se nunquam morituram, sed potius filios  
Jesu generaturam Hierosolymis, ubi in obviam itura esset Domino  
suo, qui visibili modo sese cum ipsa in omnem æternitatem cum  
DEO

**DEO** tanquam reginā regnaturū unicurus esset; iudacter docuit. Nostri temporibus, quibus Fanaticorum colluvies totum ferme terrarum orbem inundat, in Anglia quidam surrexit, *J. Asgill*, tradens, immortalitatem hominis æque quoad corpus quam quoad animam possibilem, quam peculiari libello, adductis multis sed frivole expositis Scripturæ testimoniis, propalare conatus fuit, prætendens, istam obtineri posse, si quis fide heroica firmissime Christi, tanquam domitoris & victoris mortis, de perpetua fidelium vita promissiones credat; castigatus propterea à *Dn. D. Pritio*, cum adhuc Gymnasio hic Servestano inserviret. Non opus est, ut pluribus fundamenta stolidarum harum imaginationum subvertantur, adeo enim ruinosæ sunt & lubricæ, ut sponte sua ruant atque cedant. Nos, ex invictæ veritatis & infallibilitatis verbo aliter edoceri, probe novimus, quomodo nos, qui in Christum credimus, non quidem mortem ipsam sed discessum animæ ex corpore effugere, bene tamen mortis amaritudinem vincere possimus. Certi enim sumus, quod perennatura sit animæ nostræ vita, eademque gloriosa, sine macula perfecta, sine omni dolore jucundissima; & quod corpora ex terræ pulvere aliquando certissime resuscitanda ad eisdem vitæ communionem admittenda sint. Probe hoc intellexit *Vir*, dum viveret Nobilissimus, Doctissimus atque Amplissimus, *DN. HENRICUS Geismar*, *Civis in hac Urbe Primarius & iudicii Rostochiensis per viginti annos Secretarius Dexterissimus*, adeoque nunquam vanam istam concepit spem, ac si mortem effugere posset, potius, quotidie mortalitatis suæ memor, totus in eo fuit, ut contemplatione vulnerum & mortis Domini nostri Jesu Christi, omnem mortis amaritudinem fortiter superare posset. Eam præterea vivendi rationem elegit, ut vel ex illa sola colligi potuerit, ipsum viventem quotidie mori, & moriturum aliquando ad meliorem vitam transferendum esse certissime: Quod etiam *B. Viri* vitæ exitus pluribus confirmavit. Antequam vero de beatissima *Viri Amplissimi* ex hac vitæ emigratione verba facimus, præmittenda erunt illa, quæ laudabilem ipsius ortum & reliquum honestissimæ vitæ genus perpetua memoria dignum, posteritati commendare possunt. Natus hic *Rostochii* Anno *MDCLII*. Patrem nactus est *MICHAELEM GEISMARUM*, triginta fere annorum Senatorem & Civitatis hujus *Camerarum* Prudentissimum atque Solertissimum, qui postquam omnes ferme totius Germaniæ Academiæ & plerasque Celebriores *Urbes* iustraverat, *Italiam* quoque & in illa *Romam*, (cujus *Idolatriæ*



Iolatrix mysteria ibidem accuratissime perquisivit, ) peragraverat,  
 anno MDCXLV. in Senatum hujus Urbis receptus, anno MDCLXXIV.  
 debitum quidem naturæ solvit; Nomen tamen Viri Laudatissimi  
 nunquam apud nos intermoriturum erit. *Matrem* coluit Fœmi-  
 nam virtutibus quibusvis maxime Conspiciam, BARBARAM  
 SCHRADERIAM, cujus pietatem insignem p. Defunctus sæpius  
 laudare solitus fuit. *Avus* ipsi extitit Paternus NICOLAUS GEIS-  
 MARUS, qui Senatoria Dignitate pariter Fulgidissimus, ad  
 quam evehctus Anno MDCXXXVII. mortalem hanc vitam vi-  
 vere desiit Anno MDCXLIV. Cui matri onio juncta fuit B. no-  
 stri *Avia* Elisa (Zilsche) Besseln / Dn. M. LAURENTII WES-  
 SELII, Logices hic olim Professoris, deinde Femariensis postea  
 Wismariensis Pastoris & ANNE Schmedes / Filia. In eadem linea  
*Proavus* hic nominandus est MICHAEL GEISMARUS, Senatorii  
 Ordinis Senior Meritissimus, Anno MDLXXII. in Senatus Collegium  
 assumptus, quod exornavit usque ad annum MDCIX. quo placide  
 obdormivit. *Proavia* vero fuit Elisa (Zilsche) Bessen Dn. Nic. Bessen  
 Urbis hujus Patritii, & METTÆ Walsens / ex vetustissimis Fresen-  
 sium & Makiorum familiis, filia. *Abavum* habuit MICHAELEM  
 GEISMARUM, Philosophiæ Magistrum; Senatorem itidem & S.  
 Crucis Cœnobii Præfectum, cui Senatorius honor anno MDCXXVI.  
 collatus. Vitæ v. sociæ huic juncta fuit MARGARETHA AL-  
 BRECHTS, Henrici Albrechts Civis hęc loci Primarii filia. *Avus*  
 Maternus Nostro datus fuerat Vir Spectatissimus, FRANCISCUS  
 SCHRADERUS, qui Senatoris Officio Anno MDCXV. admotus,  
 seculo huic valedixit Anno MDCXXI. *Avia* v. Materna MARGA-  
 RETHA Sibrands / WINHOLDI SIBRANDI, J. U. D. & Du-  
 cum Mecklenburgensium Consiliarii, postmodum Regiæ Daniæ  
 Cancellarii Magnifici & MARGARETHÆ Geismers / filia, omnibus,  
 quæ ipsi competere poterant, virtutum insignibus exornata. *Proa-  
 vus Maternus* fuit HENRICUS SCHRADERUS, Patritius Brun-  
 svicensis Primarius, ab antiquo per 500. annos celebri stemmate,  
 Viros æq. Consulares ac Senatorios laudante, ortus. Cum quo conjugali  
 foedere unita conjunctissime vixit *Proavia*, MARGARETHA v. Dam-  
 mer / ex Nobilissimis Patritiorum Brunsvicensium familiis nata. Tam  
 splendida quidam a Majoribus suis Noster acceperat ornamenta, an-  
 tequam in hanc expositus lucem; verum quod Christianorum præci-  
 puum est decus, id ipsi demum nato obtigit per lavacrum regenera-  
 tionis, & per providam Parentum sollicitudinem, quæ eidem adhuc te-

acro

vero de optimis prospexit morum Formatoribus. Traditus enim est  
 curæ atq; informationi privata Dn. MOHRII & KAYSERI, nec non  
 publicæ Institutioni Dn. M. GEORGII NIEHENCII t. t. Con-Recto-  
 ris Scholæ Oppidanæ Laboriosissimi, postea, opera per plures annos  
 Ecclesiæ Petrinæ in utroque officio Ecclesiastico fideliter præstita, ad D.  
 Mariæ Pastoris optime Meriti, & Dn. M. BAUDEWIN, Pastoris deinceps  
 & Superintendentis apud Sundenses Vigilantissimi; cujus industriam &  
 præclaræ in Scholam merita multoties magnis laudibus extulit b. de-  
 functus. Jactis sub horum manu ductione fundamentis, anno MDCLXXI.  
*Osnabruggensis* Gymnasium sibi elegit, in quo studia ipsius humaniora  
 ad eam excreverunt maturitatem, ut anno MDCLXXIV. in Academi-  
 am Patriam reverti, & Theologiæ Studiosi partes implere potuerit. Ast  
 Dilectissimo suo mox post reditum orbatus Parente, continuavit qui-  
 dem strenue studia ccepta usque ad annum MDCLXXVI. quo *Haff-*  
*wiensem* Danorum Academiã Decantatissimam petiit, in qua etiam  
 studiorum suorum causa usque ad sequentem annum substitit, & simul  
 generosam ARNSTORFFIANAM juventutem omni cum cura & indu-  
 stria rexit, postea quoque usque ad annum MDCLXXIX. *Cassera* ephort-  
 am filiorum Gubernatoris illius loci summa cum laude sustinent: Ve-  
 rum cum anno proxime dicto ad hanc nostram reversus esset Academi-  
 am, & difficultatem quandam in recitandis concionibus sacris expe-  
 riretur, Matre interea etiam e vivis sublata, ex consilio amicorum,  
 quod Confessionarius ipsius, B. HERMANNUS BECKERUS, sui  
 temporis Religiosissimus animarum Curator, (cujus memoria in tribus  
 Filiis, hodie per Dei Gratiam Ecclesiæ multo cum senore inservien-  
 tibus, in hunc usque diem viva ac viridis, in nepotibus quoque ab omni  
 oblivione immunis perstabit,) approbavit, mutato Theologiæ studio  
 ad jurisprudentiam animum adplicuit. Haud tamen hic reticendum,  
 quod ad J Consultorum castra transiens sacro se obstrinxerit voto: si  
 DEUS ipsi aliquando filios concessurus esset, primum, in quo donorum  
 ad sacra studia necessarium præsentiam animadverteret, se DEO &  
 Ecclesiæ redditurum esse. Atque sic animo erecto æque ac tranquillo,  
 studia juridica, & quidem sub manu ductione potissimum D. JACO-  
 BI LEMBKENII, Institutionum tunc Professoris Famigeratissimi,  
 indefessa opera tractavit, ita tamen, ut aliorum juris Doctorum Collegia  
 nequaquam negligeret. Cursu hoc per biennium continuato, anno  
 MDCLXXXI. *Haffniam* repetiit, judicans, non abs re fore, si de novo E-  
 phorus nobilium filiorum studia moderaretur. Cui officio cum per  
 biennium ibidem omni ex parte satisfecisset, anno MDCLXXXIV. Ki-

liam excurrit, & circa jam dicti anni autumnum ad suos redire festel-  
ter factus, animum suum juris scientia quidem quotidie locupletionem  
reddere annis est; anno tamen MDCLXXXVI. mense Nov. civitatem su-  
am elegit vitam, & uxorem duxit ornatissimam plane Foeminam,  
ILSABEN Waschen B. JACOBI LAURENTII, Civis ac Cerevisia-  
rii, MICHAELIS LAURENTII, Senatoris quondam ætumatissimi,  
filii, viduam, quæ Patrem olim coluit HENRICUM Waschen/Cere-  
visiarum, Mercatorem itidem ac ædis Jacobæ Provisorum egregie  
meritum. Ex quo tempore Civem se & dehinc *Centum-Virum* præsti-  
tit adeo laudabilem, ut proinde Nobilissimus atque Prudentissimus hu-  
jus Urbis Senatus anno MDCXCVI. commotus fuerit, Eundem ad  
honorabile *Secretariatus* officium in judicio Civitatis inferiori obe-  
tandum promovendi. Licet vero sequentibus temporibus aliquoties in  
consiliis aliorum fuerit, provehendi nostrum ad easdem dignitates,  
quibus Majores ipsius conspicui fuerunt, modeste tamen easdem de-  
clinavit semper, & sua sorte contentus vixit, unice id agens, ut suo  
officio fideliter fungeretur, cui etiam usque ad extremum vitæ suæ tem-  
pus omni ex parte satisfecit. Hac ratione non tantum bene meruit de  
Civitate sua, sed omni quoque laude dignus est, eo ex capite, quod  
suo in conjugio, Antecessoris B. LAURENTII, cum quo adhuc viven-  
te intimam contraxerat amicitiam, liberos omni amore & vere Paterno  
complexus fuerit favore. Cui etiam hi post Deum omnem suam debent  
fortunam. Si quidem filius unicus MICHAEL HENRICUS LAU-  
RENTIUS hodie *Friedlandie* non modo Senatorio fungitur,  
munere, sed & pharmaceuticam ibidem exercet feliciter. Filia vero  
JOHANNA MARGARETHA in secundo hodie vivens conjugio,  
non minus se eidem obstrictam esse, grato ore profiteretur. Ne ta-  
men solis Conjugis suæ liberis, ex priori thoro susceptis, unice curam  
impenderet, Clementissimum Numen hanc ipsius pietatem gratiose re-  
munerari voluit, & quatuor vicibus conjugium Nostrum quoque secundum  
effecit. Primus qui utrumque Parentem exhilarabat, filius erat MICHA-  
EL DANIEL; jucundissimus & formosissimus infans, verum  
& primus qui amaritudinem quandam felicissimo huic conjugum  
Pari causabatur, dum vix viginti octo hebdomadam puer decessit, &  
nil nisi triste sui desiderium reliquit. Hujus discessum mox quidem  
compensare videbatur lectissima & pulcherrima filiola, BARBARA  
MARGARETHA dicta; ast fallax quoque hæc spes fuit, dum ætatis suæ  
annum modo attigit nonum, in ipso juventutis flore devata. Tertius  
nunc commemorandus est foetus idemque malculus, DIETERICUS  
JOHANNES dictus, hodie S. S. Theol. Studiosus, qui voti Paterni me-

MOE

mor, probe intelligit, se illa lege à DEO Parentibus datum & egregiis  
naturæ ac gratiæ donis instructum esse, ut loco Parentis, Theologica  
studia gravibus de causis olim deserentis, ecclesiæ in his terris militan-  
ti per omne vitæ suæ tempus interserviat. Quod probum & indefessum,  
hunc Theologiæ Cultorem omni quoque ardore facturum esse, eo confi-  
dentius auguror, quo certior sum, ipsum abnegatis hujus seculi vanita-  
tibus, unice id querere, quod ad Divini Nominis gloriam illustrandam  
& Ecclesiæ commoda promovenda apprime conducit: Siquidem per bi-  
ennium scholas meas Theologicas tanta cum industria frequentavit, ut  
ipso diligentior meos inter auditores haud deprehenderim. Una cum  
hoc per DEI gratiam in vivis est quarto genitus filius, MICHAEL co-  
gnominatus, qui Havniæ artem Machaoniam feliciter excoluit. Uterque  
vero hodie eo acerbiori affectus est tristitia, quia Patrem amiserunt in-  
comparabilem, cujus providam erga se curam & amorem intensissimum  
aullis verbis unquam satis exprimere possunt. Quibus proinde æque ac Ma-  
tri Luctuosissimæ, quæ secunda nunc vice viduitatis mala & incommoda  
sentit, omne divinum apprecamur solatium. Ceterum, ut jam supra indi-  
cavimus, vita beate Defuncti perpetua quasi mors fuit, dum propter cre-  
briores & subinde recurrentes morbos, nullo non tempore mortem medi-  
tatus est studiosissime, præprimis vero per ultimos sex vitæ suæ menses  
scæpissime mortem sibi imminere prædixit, dolens, quod Magistratum su-  
um oppidanum non revisurus sit in hac mortalitate. Licet vero inde a sua  
juventute gravissimos scæpius expertus fuerit morborum insultus, vim ta-  
men eorum Divina Providentia ita semper infregit, ut prosperiori valetu-  
dini redditus, & officio & domui suæ iterum præesse potuerit; usque dum  
Dominica VIII. post Trin. h. a. fortiores sentiret impetus, qui Eundem  
templo egredientem eo adegerunt, ut Fratrem suum se comitantem his  
allocutus fuerit verbis: Das Herr im Leibe will mir jetz springen. Inter-  
im ægris passibus domum suam attigit, & mediante vomitu cor compres-  
sum ex angustiis suis quodammodo liberavit, licet dies proxime sequen-  
tes omnes ferme corporis vires absumerent. In subsidium itaque vocatus fuit  
Excellentissimus Dn GEORG. DETHARDINGIUS, Med. Doct. ejusdemque  
Prof. in hac Alma Publ. Ordin. longè Celeberrimus, Collega ac Amicus  
noster Conjunctissimus, qui morbum B. hunc in modum delineavit:  
*Morbus, qui Viro huic Pranobili atque Spectatissimo fuit fatalis, dicitur  
Phthisis, inter vitæ hostes hujus indolis, quo placidius cum illo agitur, ut eo  
suavius etiam habeant, quos ille infestat. Multis ergo ab annis jam dudum  
hæsit in pulmonibus Viri memorati & quoties tussi ac excretionē saniosa  
voluit tyrannidem exercere, blanditiis Medicis & continentia redit ite-*  
*rum*


irum ad pristinum morem. Ultimis autem diebus ex aëris varis & subitaneis mutationibus exacerbatus hic hostis intestinus, comite febris continuam graviter æconomiam Vitalem concussit, ut pristina blanditia nullum locum invenerint, sed Mors finem & morbo & vita fecerit. Haud vero contentus fuit B. noster cura solius Medici, sed Confessionarii sui quoque; efflagitavit operam, hinc Virum Admodum Reverendum ac Amplissimum, Dn. HENRICUM BECKERUM, Pastorem ad ædem Cathedrali D. Jacobi longè Meritissimum, Rev. Minist. h. t. Seniore Venerabilem, Amicum & Fratrem nostrum in Christo Honoratissimum, die Dominicam IX. post Trin. antecedente, accersi curavit, a quo variis sermonibus sacris refectus, existimavit quidem, sibi tantas non adesse corporis aut animæ vires, ut debita cum devotione sacram eucharistiam accipere posset, nihilominus tamen speravit, se precibus à Deo istam consecuturum esse gratiam, ut die proxime sequenti; divino isto epulo & viatico frui liceret. Quæ spes ipsum nequaquam fefellit, siquidem die solis proximo, anima viribus spiritualibus sufficienter instructa, non modo enixe appetivit cœlestem cibum & potum, sed iisdem quoque summa cum devotione frui per DEI gratiam licuit, ipso subinde exclamante: *Jesus du Gohn Das vid erbarne dich mein! it. Herr Jesus die lebe ich/ Herr Jesus die sterbe ich.* Quibus meditationibus atque ardentibus suspiriis usque ad horam quartam pomeridianam continuavit, sepius repetens: *Wann ich einmahl soll scheiden; it. Erscheine mir zum Bilde; Atque sic Christum pro se passum ac mortuum in ore non minus quam corde habens, tandem dicta hora, inter adstantium preces & gemitus, animam suam tradidit in manus Dulcissimi sui Salvatoris. Ut multa paucis complectar: Amisit Rostochium Civem integerrimum, judicium Secretarium Exercitatus & Fidelissimum, Familia Geismariana fulcimentum suum, firmissimum, Ecclesia Intercessorem piissimum, nos denique omnes exemplar pietatis splendidissimum. Interea gratulamur B. nostro GEISMARO, quod superata omni morborum & mortis acerbitate, cœlestes jam consecutus sit delicias. Deus omnis solatii erigat quoscunque mortem Viri æstumatissimi dolentes & lugentes, ac quævis sinistra fata à splendida GEISMARORUM Familia clementissime avertat. Cum autem hodie exuvie Viri Meritissimi terræ sint committendæ, nostrum erit, Cives Honoratissimi, ut nostra presentia comitatum funebrem frequentiorè efficiamus. Quod, sicut ad hoc pietatis officium humanissime Vos omnes & singulos invito, propter insignia Beati merita Vos præstituros esse, certissime confido.*

P. P. Sub Sigillo Rectoratus, ipso Exequiarum die, Augusti XXIX.

Anno MDCCXV.

Conventus erit in æde Jacobæa hora I. pom.











Iolatrix myſteria ibidem accuratiſſime perquiſivi  
 anno MDCXLV. in Senatum hujus Urbis receptum  
 debitum quidem naturæ ſolvit; Nomen tamen  
 nunquam apud nos intermorum erit. *Matri*  
 nam virtutibus quibusvis maxime Conſpicuam  
 SCHRADERIAM, cujus pietatem inſignem p.  
 laudare ſolitus fuit. *Avus* ipſi extitit Paternus N  
 MARUS, qui Senatoria Dignitate pariter E  
 quam evecus Anno MDCXXXVII. mortalem  
 vere deſiit Anno MDCXLIV. Cui *matri* onio  
 ſtri *Avia* Eliſa (Ziſche) Weſſeln / DN. M. LA  
 SELI, Logices hic olim Profeſſoris, deinde I  
 Wiſmarienſis Paſtoris & ANNE Schmedes / Fili  
 Proavis hic nominandus eſt MICHAEL GEISM  
 Ordinis Senior Meritiſſimus, Anno MDLXXII. in S  
 aſſumptus, quod exornavit usque ad annum MD  
 obdormivit. *Proavia* vero fuit Eliſa (Ziſche) Greſſ  
 Urbis hujus Patritii, & METTÆ Matens / ex  
 riam & *Makiorum* familiis, filia. *Abavum* habu  
 GEISMARUM, Philoſophiæ Magiſtrum; Sena  
 Crucis Coenobii Præfectum, cui Senatorius hono  
 collatus. Viæ v. focla huic juncta fuit MARG  
 BRECHTS, Henrici Albrechts Civis heic loci P  
 Maternus Noſtro datus fuerat Vir Spectatiſſimus  
 SCHRADERUS, qui Senatoris Officio Anno M  
 ſeculo huic valedixit Anno MDCXXI. *Avia* v. N  
 RETHA Sibrands / WINHOLDI SIBRAND  
 cum Mecklenburgenſium Conſiliarii, poſtmodu  
 Cancellarii Magnifici & MARGARETHE Geiſm  
 evæ ipſi competere poterant, virtutum inſignibi  
 vus *Maternus* fuit HENRICUS SCHRADERUS  
 ſvicenſis Primarius, ab antiquo per 500. annos  
 Viros æq. Conſulares ac Senatorios laudante, ortus. C  
 ſædere unita conjunctiſſime vixit *Proavia*, MARGA  
 mer / ex Nobiliſſimis Patritiorum Brunſvicenſium f  
 ſplendida quidam in Majoribus ſuis Noſter accepera  
 tequam in hanc expoſitus lucem; verum quod Chi  
 pium eſt decus, id ipſi demum nato obtigit per la  
 tionis, & per providam Parentum ſolicitudinem, qu

Copyright 4/1999 VxyMaster GmbH www.vxymaster.com  
 VerfarSelektor Standard - Euroskala Offset  
 1  
 2  
 3  
 4  
 5  
 6  
 7  
 8  
 9  
 10  
 11  
 12  
 13  
 14  
 15  
 16  
 17  
 18  
 19  
 W  
 X  
 Y

A  
 B  
 C  
 D  
 E  
 F  
 G  
 H  
 I  
 J  
 K  
 L  
 M  
 N  
 Focus  
 O  
 Balance  
 Q  
 R  
 S  
 T  
 U

nec de optimis prospexit morum Formatoribus. Traditus enim est  
cura atq; informationi privatae Dn. MOHRII & KAYSERI, nec non  
publicae Institutioni Dn. M. GEORGII NIEHENCII r. r. Con-Recto-  
ris Scholæ Oppidanae Laboriosissimi; postea, opera per plures annos  
Ecclesiae Petrinae in utroque officio Ecclesiastico fideliter praesita, ad D.  
Mariae Pastoris optime Meriti, & Dn. M. BAUDEWIN, Pastoris deinceps  
& Superintendentis apud Sundenses Vigilantissimi; cuius industriam &  
praecleara in Scholam merita multoties magnis laudibus extulit b. de-  
functus. Jactis sub horum manu ductione fundamentis, anno MDCLXXI.  
Osnabruggensis Gymnasium sibi elegit, in quo studia ipsius humaniora  
ad eam excreverunt, ut anno MDCLXXIV. in Academi-  
am Patriam r. r. Studiosi partes implere potuerit. Ast  
Dilectissimus orbatus Parente, continuavit qui-  
dem annum MDCLXXVI. quo *Haff-*  
simam petiit, in qua etiam  
annum substitit, & simul  
omni cum cura & indu-  
XXIX. *Cassera* ephort-  
de sustinens; Ve-  
tus esset Academi-  
conibus sacris expe-  
ex consilio amicorum,  
ANNUS BECKERUS, sui  
rator, (cujus memoria in tribus  
ne multo cum foenore inservien-  
e viridis, in nepotibus quoque ab omni  
) approbavit, mutato Theologiae studio  
ad iuram applicuit. Haud tamen hic reticendum,  
quod ad castra transiens sacro se obstrinxerit voto: si  
DEUS ipsi ad filios concessurus esset, primum, in quo donorum  
ad sacra studia necessarium praesentiam animadverteret, se DEO &  
Ecclesiae redditurum esse. Atque sic animo erecto aequae ac tranquillo,  
studia juridica, & quidem sub manu ductione potissimum D. JACO-  
BI LEMBKENII, Institutionum tunc Professoris Famigeratissimi,  
indefessa opera tractavit, ita tamen, ut aliorum juris Doctorum Collegia  
nequaquam negligeret. Cursu hoc per biennium continuato, anno  
MDCLXXXI. *Haffniam* repetiit, iudicans non abs re fore, si denuo E-  
phorus nobilium filiorum studia moderaretur. Cui officio cum per  
biennium ibidem omni ex parte satisfecisset, anno MDCLXXXIV. Ki-

